

apophthegmatibus; unde illud apud Terentium: *Erubescit, salva res est.* Verecundiæ exemplū habemus in Sem & Japhet, Gen. 9. vers. 23. in Sara, Gen 18. v. 15. in muliere sanguinis fluxu laborante, Matth. 9. v. 20. Rectè igitur pudor dictus est virtutis custos; & bene Thales Milesius apud Ausonium:

Turpe quid acturus, te sine teste time.

2 Verecundiæ in excessu opponitur Stupiditas, quā homo in dictis & factis nimis est pudibundus.

S C H O L. Græcè dicitur *δυσωπία*, item *καταπληξίς*. Aliās Latinis pudor rusticus, quum nos ejus pudet, cujus pudere non convenit, velut si quem pudet aliquid à doctis viris discere.

3 In defectu opponitur Impudentia, quā homo in dictis & factis omnem pudorem exuit.

S C H O L. Græcè *ἀνασχηματίζω*, item *ἀναίδεια*. Hujus loci est illud Ciceronis in epistolis: *Qui semel verecundia fines transierit, eū oportet esse bene & graviter impudentem &c.* Exemplum impudentiæ insignis habemus in Caino & Camo. Ad hanc classem referendi sunt qui impudicis picturis delectantur, quibus canina & perfrieta frons est, quosq; Homerus vocat *κυνώπαις*, ut scēminas *κυνώπιδας*.

*Perijt cui pe-
rijt pudor
hauit.*

~~~~~

### Cap. XXIII. De Officiositate.

**H**Abuimus hactenus virtutem moralem in conversatione; sequitur nunc ea, quæ est in communicatione.

S C H O L. Græcè *δρετή κοινωνική*, i. e. virtus communicativa, quā homo homini aliquid communicat. Et hæc virtus quamplurimum facit ad humanæ societatis con-  
serva-